





~~PH.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

*VI-27*  
SIGNAT. CLVCCCCXIII.

*St. Michael. alced*



xiij dca

**THEOREMA,**  
**DE OMNIPRÆSEN-**  
**TIA CHRISTI HOMINIS**  
*in Dextra Maiestatis diuinæ.*

*Quod*  
*Moderatore*

**REVERENDO ET CLARIS-**  
*simo viro Dn. JOHANNE GEORGIO VOLC-*  
*MARO, S. S. Theologiae Doctore, & in Aca-*  
*demia VVITBERGENSI Pro-*  
*fessore publico,*  
**Contra Iesuitas, Cinglianos & Semi-**  
**cinglianos,**

*Ad disputationem duodecimam in Collegio Studiosorum Theo-*  
*logiæ privato 17. Ianu: habendam proponit,*

**M. HERMANNVS VVOLFIVS LVBECCENSIS,**

**Respondente**

**CHRISTOPHORO ZECHERO NORI-**  
**BERGENSI.**

**VVitebergæ, Typis Wolffgangi Meisneri.**  
**ANNO dñi 1714. IVC.**







ILLVSTRIBVS ET GENE-  
ROSIS DOMINIS.

D. HENRICO CVNRADO, ET SI-  
GISMVNO MATTHIÆ, WEN-  
ZELTK, à Sarabitz, Baronibus in Triescht &  
Wczelnitz, fratribus germanis, Domi-  
nis suis demissa observan-  
tia colendis,

*Theologicam hanc cognitionem offert &  
nuncupat.*

M. Hermannus Wolffius  
Lubecensis.



**THESES**

V. Nicolaus Typis Wolffgangi Meißner  
ANNO 1717



THESES  
DE OMNIPRÆSENTIA  
Christi Homini in dextra maiestatis  
divinae.

Thesis I.



Um alias ad oppugnandam diuinam maiestatem  
IESU CHRISTI certatim vires expedi-  
ant suas Sacramentarij, tum imprimis contra  
OMNIPRÆSENTIAM ipsius, quã iuxta  
naturam assumptam, omnibus creaturis, è thro-  
no dextra DEI, omnipotenti virtute dominari  
creditur, stylum stringunt.

2. Ut cetera taceamus, constat nihil illis esse frequentius, quàm  
neglecto genuino causæ statu, in disputatione præsertim de sacra cœ-  
na, ad hoc controuersie caput excurrere, deq; eo sine fine & modo  
deblaterare.

3. Faciunt hoc exemplo Patriarcharum suorum, putã Zuinglij Luth. in contu-  
& Oecolampadij. Quæ causa fuit, vt D. Lutherus cumque ipso tets. maio.  
alii Doctores egregij disputationem hanc de præsentia Christi ho- Tomi. 9. Ieno  
minis in omnibus locis, siue de vbiuitate ( ut aduersarijs primum P. 454.  
nominare placuit ) in doctrina de Cœna præcidendam iudicarent, ne Iac. And. in  
videlicet animi hominum à statu causæ abducerentur. disp. V Vitebo-  
th. 27. & 28.  
Apol. Conc.  
cap. 9.

4. Quod tamen sic hodie interpretantur multi, tum aperti cap. 9.  
tum Crypto-Caluinista, quasi imprimis ipse Lutherus hanc disputatio- Liber Embdo  
tionem, vt quæ solidis Scripturæ fundamentis careret, profus ab- cap. 6.  
ijciendum duxerit. Quod tam certum est, quam verum est, sci-  
licet, LUTHERVM tandem in Zuinglianorum castra trans-  
iisse.

3. Flabet



5. Habet hæc controuersia Sacramentarios autores. Nisi enim negasset Zuinglius & asseclæ, veram & substantialem corporis Christi in cæna præsentiam, minime foret tanta acerbitate de hoc doctrina capite disputatum.

Luth. in lib.  
περί εἰρημίας  
verbo cænae.

6. Postquam verò illi ἀντιλογίας ex præsentia corporis Domini in sacra cæna, cum articulo Ascensionis texere cœperunt: ἐν τῷ ἑσπέρῳ pro maiore τῷ εἰρημῷ firmamento Luthero ostèdendum fuit, non pugnare vel cum scriptura vlla, vel cum articulo fidei corporis Domini in cæna præsentiam.

7. Et ne nunc quidem de Vbiquitate quisquam litem aduersarijs moueret, si præsentiam Christi hominis in Ecclesia & Sacramentis verè & sincere crederent.

8. Hic verò vndè cum Sacramentarijs socias manus iungunt Iesuitæ, postquam non ita pridem hos ipsos, fide pessima in societatem suam rapuerunt. Quod mirari desinet, qui scit Satanae regnum in se non esse diuisum. Quid enim vsitatus, quam hostes veritatis, animis aliàs disunctissimos, ad oppugnandum sacrum verbi diuini depositum conspirare?

Ἀποδείξεις τῶν μὴ ζῆτῶμένων.

9. Nos sententiæ nostræ fundamenta ex verbo DEI proposituri, eiusmodi Vbiquitatem excludimus, quâ Christi corpus dicitur esse in omnibus elementis, in lapidibus, in laqueis, in cantharis cereuisiarijs. Item qua corpus Christi Deitati exæquatur, & per omnia expansum esse docetur, vt loqui placet aduersarijs.

Tossa: in disp.  
2, contra art.  
vlti.

10. Ab his enim paradoxis quàm alieni sint sinceri Augustinæ Confessionis socij, demonstrant tum protestationes illæ manifestissimæ D. Lutheri & aliorum, quæ in Apologia Concordiæ cap. 9. & alibi habentur, tum ipse liber Concordiæ, idq. altera etiam vice.

11. Nam in Epitome sic habetur: Repudiamus & damnamus hoc



hos errores cum docetur, Quod humana in Christo  
natura, eo modo quo est Diuinitas, facta sit essentia  
quædam infinita, & ex hac essentiali, communicata,  
in humanam naturam effusa, & à Deo separata virtu-  
te & proprietate, eo modo, quo diuina natura ubiq;  
præsens sit. Item, quod humana natura diuinæ, ra-  
tione substantiæ atque essentiæ suæ, vel proprietatum  
diuinarum atq; essentialium exæquata sit, Item, quod hu-  
mana natura in Christo in omnia loca cœli & terræ  
localiter expansa sit. *Quæ damnatio in solida repetitione &  
declaratione eorundem articulorum disertè repetitur.*

12. *Vt cum laniis pugnare censendi sint aduersarij, quando  
contra eiusmodi horridam Vbiquitatem, quam ipsi sibi finxerunt,  
disceptant. Nos enim de tali Omnipræsentia disputamus, quæ qui-  
dem Christo etiam ut homini, sed non humano, aut Physico, vel ali-  
quo terreno modo, sed secundum modum dextræ DEI attri-  
buenda sit.*

*Ἰσομεροϛ.*

13. *Vt hæc sit quæstio: Vtrum Christus secundum  
humanam naturam, verè & realiter in dextra maie-  
statis diuinæ sit omnipræsens?*

14. *Hic vno ore respondent Sacramentarij, Corpus Chri-  
sti in cœlis est ad dextram Patris: & tamen non est  
absens Ecclesiæ suæ. Sol absens à nobis in cœlo nihil  
ominus efficaciter præsens est nobis, quanto magis  
Sol iustitiæ Christus corpore in cœlis absens nobis,  
præsens est nobis non corporaliter quidem, sed spiri-  
tualiter per vivificam operationem.*

*Confess. &  
expos. fid.  
Christ. Tig. p.  
65.*

15. *Clarius etiam Beza sic contra D. Pappum scribens,  
Non magis, inquit, præsens est nobis Christus secun-  
dum humanitatem, quam Rex Hispaniæ Indiæ ori-  
entali aut occidentali.*

A 3

16. Et



In formula  
conf. cum Hel  
uetijs.  
Martyr in dia  
logo contra  
Brent.  
Beza in Cre-  
oph.

16. Et Calvinus, suæ de sacra cœna opinionis causam expositurus, necesse est, inquit, Corpus Christi à nobis tanto locorum interuallo distare, quantum cœlum abest à terra.

17. Et iam pridem impiam illam vocem eructarunt, Deum uniuerfa sua omnipotentia efficere non posse, vt corpus humanum sit in pluribus locis.

18. Quam impietatem ne ipsorum quidem Patriarchæ audire sustinerent. Constat enim Zuinglium & Oecolampadium in colloquio Marpurgensi aliquoties hoc concessisse, Deum quidem efficere hoc posse ut vnum corpus in diuersis locis esset, sed quod idem in cœna fieret, id verò sibi probari postulasse.

In dispu In-  
golst, de ve-  
ra præf. Christ  
in cœlis ran-  
tum, & in  
sanctiss. Sa-  
gram. p. 40.

19. Quin & socios ipsorum Iesuitas, quanquam acer-  
rimos Calvinianæ de Persona Christi hæreseos propugnatores ab  
hac sententia abhorrere, ex illo Gregorij de Valentia liquet, cum  
sic scribit: Minime ego argumentis probare contendam,  
ne per potentiam quidem D E I absolutam fieri pos-  
se, ut corpus aliquod creatum sit præsens in omni-  
bus locis. Vident enim, qui doctiores sunt, qua ra-  
tione unum corpus in pluribus locis, sine repugnan-  
tia esse posse defenditur, eadem ratione defendi  
posse, quod sine repugnantia esse possit in omnibus  
locis, per potentiam D E I absolutam.

20. Quod si igitur hoc fieri potest, D E I potentia absoluta,  
sicut negare hoc, abnegatio omnipotentia D E I esset, hoc unum  
nobis probandum incumbit, quod Deus velit. Idq. tum faciemus,  
imò verè etiam Christum secundum carnem omnibus creaturis præ-  
sentem esse demonstrabimus, si primum, quæ sit huius presentia  
ratio paucis explicauerimus.

Ἰνδικοῖς τῶν διδασκάλων.

21. Hanc Ἰνδικῶν nostrum sic exprimit: quod Christus secundum  
humana.



humanam naturam ut homo **IN DEXTRA MAIESTAS**  
**TIS** diuina sit omniprensens.

22. Eiusmodi igitur presentiam intelligimus, qua ratione  
dextra **DEI**, diuinissimaq; ad illam sessionis describatur. Quid ergo  
utriusq; nomine veniat ante omnia declarandum erit.

23. Calviniani sane dextram **DEI** certum & definitum in co-  
lo locum esse dicunt, nempe, quia dixit Christus, vado paraturus  
vobis locum. Confess. ad.  
Tig. pag. 2. 11  
Ioh. 14. v. 2.

24. Sed hos Calvinus, quando ad verba cap. 1. Epist. ad  
Eph. quam exeruit in Christo dum illum excitavit a mortuis, & se-  
dere fecit in dextra sua in caelestibus, sic annotat: Hic locus  
aperte ostendit, si quis alius, quid significet **DEI** dextra.  
non locum scilicet aliquem, sed potestatem, quam pa-  
ter Christo contulit, ut eius nomine caeli & terrae im-  
perium administret.

25. Cui succinens Beza asserit, dextram **DEI** nullo  
spacio terminari. Et tamen idem citatae confessioni Tigurinae  
subscripsit. Adeo quippe verum est, quod Calvinus dicit in Con-  
fess. inter Tigurinos & Geneuenses Zuinglianos; Hereticorum  
proprium esse a se dissentire. In lib. cont.  
Heshus. p. 295.

26. Nec obstat quod Christus se locum suis paraturum di-  
xit. Non enim de dextra **DEI** loquitur, sed alterius vitae condi-  
tionem *ῥῆσις* metaphora, ut sit alias saepe, denotat. Quod  
si voculam Loci rigidius urgere velit aduersarius, nonne licebit eo-  
dem modo colligere, fore in vita aeterna mensam valde longam  
in qua accubaturi sint electi, esuri & bibituri? eo quod Christus ait,  
Dispono vobis regnum, &c.

27. Bellarminus per dextram **DEI** intelligit, id, quod a-  
lias scriptura vocat manum **DEI**, item, Dextram Christi. Sed ma-  
le. Nam de iustorum animabus pronunciat sane quod sint in manu  
**DEI**, & de electis quod ad dextram Christi collocandi sint: mini-  
me vero asserit, quod occupaturi sint dextram **DEI** patris, cui enim  
angelorum unquam dixit: sede a dextris meis? Lib. 3. de  
Christo cap.  
Ebr. 1.



28. Et nonne Christus ipse inter suum & Patris thronum di-  
stinguit? de se quidem affirmans, quod confederis in throno Patris  
sui: electis vero promittens, non quod eos in Patris sui thronum il-  
lum (qui est dextra Patris) collocare, sed quod in suo throno, qui  
est beatitudinis & vite aeternae, quemque fidelibus suis est meritis,  
collocare velit.

29. Relinquitur ergo, per DEXTRAM DEI significari infini-  
tam DEI potentiam, loco nulli inclusam, a loco nullo exclusam. Quod  
testimonia sacrarum literarum luculenter arguunt. Exod. 15: v. 6.  
& 12. Psalm. 77. v. 11. Psalm. 113. v. 15. & 16. Esa. 43. v. 13.

Hinc dextra Maiestatis: item dextra potentiae DEI voca-  
tur. Quod si locus quispiam denotaretur, nonne in nouissimo die  
Christus descensurus e caelo in nubes deserturus esset dextram DEI,  
eumque locum & sedem relicturus vacuum? quod tamen ipse aperte  
negat.

31. Ex quibus iam manifestum redditur, quid per sessio-  
nem ad dextram DEI intelligendum sit. Nam ut thronus iste non  
est corporeus aut localis, sic neque sessio in throno isto situm quendam  
corporeum & localem describit: sed SEDERE illud id est quod reg-  
nare. Hinc Apostolus, quod a regio Propheta dictum erat, sede ad  
dextris meis, sic interpretatur, oportet ipsum regnare.

Et frequens admodum est illa & celebris in sacris literis  
interpretatio. Sic enim Deus ipse super thronum sedere, hoc est, reg-  
nare dicitur. Quo etiam sensu aulici Davidis gratulantur Regi suo,  
quod Deus dedisset ipsi filium, sedentem super solium eius, hoc est,  
regnantem loco Patris Davidis.

Cumque sessio ad dextram DEI, ut causa, talis sit non alia  
quoque Omnipresencia, quae ex illa tanquam effectus dependet, ratio  
erit, nec impletionis, cuius Apostolus termino equipollente memi-  
nit, sicuti locorum collatio ostendit.

34. Calumniae itaque sunt, quicquid de immensitate corporis  
Christi, de illius per totum vniuersum diffusionem & cum diuinitate  
coextensionem Aduersarij garrunt: cum ne quidem de Deo sine impie-  
tate hoc affirmari queat, adeoque illa omnia ibi demum regnent, ubi  
dominantur locus & locorum intervalla, a quorum conditione ipsum  
DEI dextram penitus absolutam nouimus.



35. Et quidem insulsus est, quod scribit Bellarminus, humanitatem quidem Christi omnibus creaturis præesse, & ius habere in omnes, nec tamen sequi, quod possit, quicquid Deus potest, vel quod sit ubique, cum etiam ius habere possit in rem absentem.

lib. 3. de Ino  
car. cap. 16.

36. Nempe ex ordinaria hominum conditione, apud quos vultu venit, ut Rex in uniuersum suum regnum ius habeat, & tamen non occupet presentia sua, nisi exiguum angulum domus vel cubiculi unius, extraordinariam adeoque diuinissimam Christi hominis maiestatem, quam vel inuitus, licet sibi ipsi contrarius, Christo homini relinquere cogitur, homo prophanus estimare non trahescit.

Bellar: Ibid.

37. At verò si thronus, in quo creaturis præesse dicitur, non est localis, vel ordinariæ conditionis, quomodo igitur secundum ordinariam, Regum mundanorum consuetudinem imperabit? Et quid aliud est omnibus creaturis præesse, & ius habere in illas, nisi omnipotenter ipsidem dominari? omnipotentiam verò ab omnipresentia exclusam adeò scriptura ignorat, ut hanc illi fundamenti loco substernat, quod ex 33. Thesi patuit.

38. Porro, etsi Christus ut homo, hanc diuinam maiestatem, à tempore ascensionis, suæque ad dextram Patris sessionis, plenissimo exercitio primum usurpare cepit, non tamen eam tum primum accepit, sed iam antè eam originaliter ex unione personali habuit, postquam videlicet hic homo IN DEVM assumtus, hac ratione cælis & creaturis omnibus altior effectus est.

39. Quò respiciens D. Gregorius, scribit, Dextra Dominici creatrix, per quam omnia facta sunt, ipsa hominem uniuersum per unione[m] euexit ad propriam celsitudinem.

40. Et hoc sane respectu omnia cum loca tum tempora, tum creata reliqua omnia ita sibi subiecta habet, ut ad illam nihilominus ista, quam ad diuinitatem ipsam τὸ λόγος, in qua illa personaliter existit, penetrant.

Ioh. 19.  
Eph. 1.

B

41. Ino



41. Interim veritas humana natura minimè periclitatur, aut circumscriptio eius tollitur. Dupliciter enim circumscribi dicitur Christi humanitas, vel loco, vel naturæ suæ proprijs terminis. Illa circumscriptio localis est, & merè accidentaria, quæ tolli potest per vim diuinam, saluo manente corpore. Hæc posterior ipsius naturæ & essentiæ finitio est, & proinde nunquam tollitur, ne quidem in Vnionè aut Iesione ad dextram DEI.

42. Neque hic prætereunda distinctio inter actum corporis Christi naturalem & personalem, quæ hinc profluit, quod idem illud corpus in vnionè perpetuò manens duplici modo consideratur. Primo, quatenus suis proprietatibus naturaliter à λόγῳ distinguitur, Deinde quatenus cum Δόγῳ personaliter vnitur.

43. Actu igitur naturali id est, per essentialè seu naturalem proprietatem, corpus Christi, dum in terris versaretur, vno in loco fuit. Et sic vel etiamnum, licet in statu gloriæ positus, vbi vult, se exhibere potest. Sicuti & reuera Paulo in castris apparuit, & nunc à nobis visibiliter IN NVBIBVS ad iudicium rediturus expectatur.

44. Idem vero corpus est omnipræsens actu personali, quatenus nimirum cum persona τῷ λόγῳ caro hæc assumpta hypostaticè & ἀδιασάτως vnita est. Neque hic contradictio vlla est, quia causa præsentia diuersa est, & proinde diuersus quoq; respectus locum habet.

45. Iam verò vt λόγῳ cæterorum idiomatum diuinorum, ita huius quicq; maiestatis plenarium usum, tempore exinanitionis, in carne retraxit. Nec tamen illa hac omnipræsentiæ maiestate plane fuit destituta.

46. Sed hic accurate inter hæc duo, præsentiam videlicet ad λόγον, & præsentiam ad creaturas distinguendū est. Illius origo pendet ab vnionè hypostatica, & proinde est perpetua & nunquam interrupta, vt caro τῷ λόγῳ, & ὁ λόγος carni ἀδιασάτως sit præsentissimus.

47. Hoc respectu verè pronuntiare possumus, quod assumen-  
ti VET



ti Verbo etiam in profundissimo exinanitionis statu non solum praesens fuerit humana Christi natura, sed omnipraesens, adeo ut si eo quoque tempore visum fuisset Filio DEI totam hanc caeli terraeque machinam praesens per praesentem carnem gubernare, translatione carnis ad creaturas locali minimè opus fuisset, quin per illam vnitissime sibi praesentem & praesentissime vnitam creaturas gubernare valuisset.

48. Praesentia verò ad creaturas, etsi ab vnione, tanquam à causa prima oritur, perfectum tamen complementum habet ab ascensu in caelos & sessione ad dextram DEI, cum omnia homini Christo sunt in manus tradita, & data potestas vniuersa in caelo & in terra.

49. Hoc praesentiae modo rectè dices Christum in statu exinanitionis, quia homo, à creaturis abfuisse, quatenus nimirum locali ratione illis non adsuit: quatenus item humanitatis in λόγῳ existentia nullum ad creaturas respectum habet: quatenus denique nondum in dextra DEI praesedit & dominatus est omnibus creaturis, qui dominatus diuinissimae eius exaltationi ad dextram DEI reseruatus fuit.

50. Et talis nunc est praesentiae huius ratio, quam rectè Apostoli phrasin imitatus, *IMPLETIUAM* voces. Haec, licet originis ratione voluntaria dici possit & libera, (voluntariè enim λόγῳ carnem assumpsit, à qua assumptione communicatio idiomatum atque sic etiam omni, praesentiae κοινωνία dependet) tamen postquam illa unio facta est & non dissoluitur: postquam item sessio ad dextram maiestatis contigit, nec in omnem aeternitatem mutatur: dicimus etiam dependentem à sessione praesentiam Christi factam esse immutabilem, eò quod causa, nempe sessio in omnipraesentia solio non mutatur.

Vide D. Hum.  
in lib. de  
Sacra.

51. Nihil itaque dicunt, qui sic dicunt, Christum si velit, posse omnibus creaturis esse praesentem, negantes interim quod actu sit praesens. Quid enim hoc aliud est, quam si dicant, Christum si velit posse sedere ad dextram DEI?

52. Quin potius sicut certò sedet ad dextram DEI, & haec ipsius ad dextram maiestatis sessio non mutatur, sic certò etiam adest praesens in illa DEI dextra, & implet omnia Eph. 4. Et haec ipsius praesentia nunquam mutatur.



53. Restat nunc ut argumenta, & testimonia sacrarum literarum, pro stabilienda hac maiestate regnantis Christi, proferamus.

## LOCVS PRIMVS.

Ioh. 1. v. 14. 54. Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Item verè magnum est pietatis mysterium, quod  
1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Et rursum:  
Coll. 2. v. 10. & 11.

In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in eo completi.

55. Ut neruus argumenti hinc extruendi rectius percipiatur, singula verba in hoc postremo præcipue dicto accuratè nobis expendenda erunt.

56. Meminit Inhabitationis. Tria igitur veniunt in considerationem: habitaculum, habitans, & inhabitationis ratio. Habitaculum notat, cum dicit, I N I P S O. Iam D. Cyrillo monitore, cum quippiam de Christo enunciatur diligenter attendendum & distinguendum est, vtrum de vtraq; illius Natura, an vero de altera tantum, & de qua accipiendum sit.

Damasce. lib. 57. Cum igitur Christus non sit vnus compositæ Naturæ vel  
2. cap. 3. & substantiæ, sed duæ perfectæ & integræ naturæ vnus sint Christus,  
19. & Paulus hic inhabitationis meminerit; absurdissimum est sentire, omnem plenitudinem Deitatis in Deitate Christi inhabitare. Hoc enim nihil aliud esset, quam idem habitare in seipso.

58. Habitaculum ergo illud de corporea natura intelligendum erit, quod adiecta vox σωματικῶς arguit, id est, de assumpta humanitate, quæ est templum D E I Verbi proprium, extra quod non vult queri, inueniri aut coli. Vnde etiam hoc corpus templum & tabernaculum (nempe inhabitantis λόγος) vocatur.

59. Et hanc sententiam orthodoxæ vetustatis consensus per Athanas. de omnia confirmat. Sic enim D. Athanasius scribit: cum dicit Aposto-  
Natura hum. lus, quod in Christo habiter omnis plenitudo Deitatis corporaliter,  
suscepta. plenitudinem illam habitare I N C A R N E intelligendum est. Idem dicit Cyrillus, Theodoretus, Cassianus, Fulgentius & alij.

60. Porro



60. Porro in hoc tabernaculo inhabitare dicit. **OMNEM PLE-**  
**NITUDINEM DEITATIS.** Significat autem omnis plenitudo  
Deitatis, & ipsam Deitatem τὸ λόγος totam, & quicquid in ea est.  
vel quicquid illa intra se habet, & ad eam pertinet, sicut plenitudi-  
nem terræ & maris scriptura ita nominat. hoc est, intelligit Apo-  
stolus, & totam plenam essentiam Deitatis filij, & cum ea **OMNIA**  
etiam attributa eius.

61. Deniq; verbo Inhabitandi non simplicem naturarum uni-  
tionem, sed talem, quæ cum reali, communicatione coniuncta sit  
intelligi, hinc patet, quod cum scriptura Spiritum Dei habitare in fi-  
delibus asserit, eam inhabitationem per communicationem exponit.  
Et cum Deus inquit, Inhabitabo in illis, nequaquam nudum & o-  
ciosum incolatum, sed cum collatione donorum coniunctum promit-  
tit.

1. Cor. 3. & 6.  
2. Cor. ult.  
Leuit. 19.  
2. Cor. 6.

62. Quanto magis hæc unio, quæ ceteras omnes unionum for-  
mas, & modos, longo post se interuallo relinquit, & verè ἐξούρ-  
τος est ἡ ἐκείνη, communicationem importabit.

63. Hanc pulcherrimè exprimit vox περιχώρισις, non à Da-  
masceno primum inuenta, sed usurpata ab Irenæo, & explicata à  
Cyrillo. Nam ut Irenæus (citante Theodoro) ait hominem  
χωρίσασθαι τὸν λόγον, sic Damascenus scribit, naturas in Christo sine  
conuersione περιχωρῆσαι ἀλλήλους, vnde & nominant περιχώ-  
ρισιν τῶν μερῶν εἰς ἀλλήλους.

64. Quid verò περιχώρις illa complectatur pia vetustas si-  
militudinibus ferri ignis, item unionis anime cum corpore, pulcher-  
rimè illustravit. De quibus vide Damascenū, Origenem, Basilium, & c.

65. His ita explicatis, hoc modo concludimus:

Si totus λόγος cum vniuersa Deitatis suæ plenitudine tantum  
in carne habitat, sequitur quod extra carnem sit nullibi, & proin-  
de ubicunq; λόγος est, ibi carnem suam toto genere, quam ceteras  
creaturas, præsentiolem sibi habeat. Verum Antecedens. E.

66. Propositio manifesta est. Unio enim in allegato loco sola  
inhabitatione & immanentia omnis plenitudinis Deitatis in carne  
desinitur, & non consistentia Verbi extra eam. Præterea absurdum  
est, hypostasin esse vllibi extra id, cuius est hypostasis. At λόγος hy-  
postasis facta est quoq; humanitatis hypostasis. Ergo extra huma-  
nitatem minime cogitari debet.

Quinimo





67. Quin imò si foret extra assumptã naturam aut totus foret extra sam, aut ex parte. Non ex parte: quia cum λόγος sit Spiritus, pars extra partem non habet. Quod si verò totum λόγον tota sua hypostasi esse extra carnem dicas, nonne rumpetur vinculum vnionis hypostaticæ, quam corporali inhabitatione vniversæ plenitudinis Deitatis in carne Apostolus definiuit? Το μεταλαμβανόμενον ex thesibus 60. & 61. manifestum est.

### Locus II.

Mar. 16.

2. 19.

Ephes. 1. v.

2. 021.

68. Dominus postquam locutus est cum discipulis, ascendit in cœlum. & sedet ad dextram Dei, item

Deus suscitavit Christum à mortuis, & collocavit ad dextram suam. ἐν τοῖς ἐπιφανείαις, longe supra orane imperium ac potestatem. &c.

69. Vt Argumentum sit evidentissimum hanc præmittimus prosyllogismum: Si dextera Dei & Deitas ipsa ratione loci nusquam separantur: sequitur, ut quicquid ad dextram Dei est, ratione loci à diuinitate nusquam sit diuiduum. Christus secundum humanam naturam (secundum hanc enim ascendit in cœlum) sedet ad dextram Dei. E.

70. Hinc porrò concludimus: Quicquid ratione loci à diuinitate vel à dextrâ Dei est inseparabile, id ubiq; sit necesse est.

Humana Christi natura est ab essentia diuinitatis ratione loci inseparabilis, quomodo enim localitas possit vllibi à Dextra Dei separare id, quod omnem omnino localitatem transcendit? E. humana Christi natura est ubiq; seu omnipræsens.

### Locus III.

Psal. 3. v. 7.

Heb. 2. v. 8.

Ioh. 13. v. 30.

72. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Item. In eo quod omnia subiecit ei, non omisit quicquam quod nō sit subiectum. Et rursus: Iesus sciebat quod omnia dedisset Pater in manus eius.

73. Ex his talem sumimus demonstrationem:

Si Christo secundum humanam naturam in dextra Dei omnia sunt subiecta & in manus tradita, adeò vt nihil sit reliquum, quod ipsi non sit subiectum, & in manus traditum, vtiq; & loca & locorum spacia sibi subiecta habebit, ut sit omnipræsens. Verū prius. E. et posterius.

73. Propositio in se est manifestissima. Assumptum allegata dicta confirmant, quæ omnia de Christo secundum assumptam naturam loquuntur.



dur, quod adiecta de terminationes ostendunt, vt cū dicitur, eum qui paulisper fuerat inferior angelis factus, gloria & honore coronatū esse. Item cum nominat hominem, et filium hominis. Quod & Paulus respiciens scribit, eum qui seipsum exinanauerat formam serui assumendo, ad summam à Deo sublimitatem euectum esse. Philip. 2.

#### Locus IV.

74. Qui descendit, ipse etiam est qui ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia. Constituit eum caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius, & complementum eius, qui omnia implet in omnibus. Ephes. 4. 2. 10.  
Ephes. 1. v. vlt.

75. Ex his Apostoli verbis sic concludimus: Si Christus secundum humanitatem etiam implet omnia, secundum eandem quoque omnipræsens & ubique erit. Verum prius. E.

76. Ratio & veritas connexi hypothetici, superius data est, cum ostensum fuit, phrasin hanc, implere omnia, nihil significare aliud, quam esse ubique. Et quod eadem illius in his quoque locis sit sententia, etiam Aduersariorum testimonio euinci potest. Bellarm.  
Sohnius, disp.  
Heidelb, th. 21

77. Assumptum citata loca probant, in quibus hæc maiestas implendi omnia naturæ ascendenti, seu Christo ratione ascendenti & exaltatæ naturæ ascribitur, cum Deitate sua neque ascendat neque descendat Christus, vt quæ per immutabilem naturæ suæ conditionem iam antea implet omnia & ubique præsens est.

#### ΑΝΑΞΚΕΪΗ. Argumentum I.

78. Si alicubi est λόγος, ubi non est assumpta humanitas, dabitur διάστασις inter λόγον & humanitatem ipsius propriam. Absurdum posterius. Ergo & prius.

79. Connexi ratio planæ est. Statuetur enim, quod Christus secundum diuinitatem quidem sit ubique præsens, contra humanitas ipsius loco sic captiuabitur, vt quidem ratione illius loci, in quo ipsa secundum naturæ conditionem versatur, vnio hypostatica ἀδιάσπαστος futura sit, ceteris verò in locis non item.

80. Assumptum ex eo probatur, quod vnio facta est, iuxta Synodum Chalcedonensem & Orthodoxos Patres, ἀδιάσπαστος καὶ ἀδιαιρέτως. Et nonne, illo concessio, sequeretur, quod locus vnionem personalem soluere possit, quam tamen mors & infernus perumpere non potuit?

Argumen-



## Argumentum II.

82. Si Christus secundum humanitatem suam tantum est in caelo, conditio regni ipsius, saltem in modo gubernationis, a condicione & sorte Regum terrenorum, non distabit, sed ut illi, ita & ipse vno tantum in loco praesens, in reliquis omnibus, absens, imperabit. Absurdum hoc est.

83. Propositio hypothetica est manifesta. Assumptum inde patet, quod cum Regibus terrenis assignatus sit locus & thronus localis, ipse remotis locorum obstaculis regnat in omnipraesente dextra Dei, quae ipsi thronus & sedes regni constituta est. Igitur.

## Argumentum III.

84. Si Christus secundum humanitatem suam tantum est in caelo, sequetur, quod caput omni prorsus modo reali abesse possit a corpore suo. Absurdum posterius est.

85. Propositio hinc claret, quod Christus etiam secundum suam humanitatem est caput sui corporis, h. e. Ecclesiae, huius enim si analogiam capitis & membrorum spectes ratione humanitatis est proportionabilis, non ratione Deitatis.

86. Assumpti absurditas non minus manifesta est, nam si omnimodo caput a suo corpore abesset, ne quidem esset caput, id est, Ecclesiam sibi mystica ratione coniungeret, nedum ut corpus suum efficaciter vivificaret, aut vigorem & salutem membris suis largiretur.

87. Ex his vero ulterius sic concludimus: Christus iuxta humanitatem adest suae in terris Ecclesiae, & etiam reliquis creaturis.

88. Ratio connexionis haec est, dominatur enim secundum humanitatem suam in medio etiam inimicorum, adeoque omnia etiam, quae extra Ecclesiae sunt limites sibi subiecta habet. Quam igitur absurdum foret, statuere, quod Ecclesiam quidem suam per praesentem humanitatem, ceteras vero res per humanitatem absentem, ipse λόγος & creaturis praesens administret. Qua ratione principium, a quo oritur haec gubernatio, nempe λόγος, & terminus in quem tendit, nempe creatura, essent sibi inuicem praesentia: atque interim id, quod tertium interuenit, nempe humana λόγος natura omnimodo necesse est abesse, ἀτονός.

FINIS.



Theses de animarū statu post mortem.

Theses de Ecclesiā triumphante.

De sanctorū reliquiis et imaginibus eorū cultū, ceterisque eo spectantibus.

Them. Theol. de Sacramentis in gr̄e.

De notitiis Dei et voluntatis ipsius humanis animis nā infitis et disciplinā ex cultis, D. Hofmanni. B.

Thesi. de iustificatiōe hominis peccatoris coram Deo D. RUNGII.

Prop. de iustificatiōe gr̄a Flacianos Joh. Ferinarii.

Assert. Theol. de iustificatiōe hoīs coram Deo, Polyc. LYSERI.

Prop. repetentes summa dōe de iustitiā fidei ab opibz, M. Helsen, & M. Berzii

De Ecclesiā triumphante in caelis disputatiōes 2, quā una de sanctorū in vitā aeternā beatitudine agit M. Volkmari, altera de sanctorū cultū agit, M. Cameri.

Disp. de Providentiā Dei Wolfii.

Disp. 1. de Turcā ex c. 38 & 39 Ezecb. in quā explicant ps. 3.

1. qd fit qoz Magoz, Babil, Mesob. 2. qd p hoc vocab. Turca significant  
3. qd Turca sint flagella quō Deo castigat Ecclesiam. D. Salom. GESNERI.

Disp. altera de Turcā ex c. 38 & 39 Ezecb. tota in refutandō duobz cap. posita, qd GESNERI.

Disp. 2. de Turcā, in qua tractat 1. de tempore ultima irruptionis Turcā in Ecclesiam. 2. de populo et loco ubi ista evenient. 3. Cuias ob cūas Turca Christianis immittat. 4. Cuiā rāone sit repri-  
mend. 5. Quo pacto et qbz armis tandem medicis ista gentilitz sint delendi, qd GESNERI.

Prop. de Ecclesiā, HUNNII.

Thesi. de Predestinatiōe D. FREDERI.

Dōe de reali communiōe idiomatum in unā Psonā Christi, M. Berndes.

Dōe de Baptismo capite papia D. RUNGII.

Thesi. de Sacramentis in gr̄e GESNERI.

Them. Theol. de orali corporis Christi in cenā manducatiōe dicitur Eucharistia D. GESNERI.

Them. Theol. de communiōe idiomatum reali tertii gr̄i, D. GESNERI.



manu qui erant in  
cuius manu erant  
in regno regum  
nunc addecent  
sane omni erant  
Sicut enim dicitur  
aut in manu stat  
nabuchodonosor  
et cetera. Amen  
ter. Vobis dicitur  
cubi et linguas  
audientium sonit  
et fabule. et cy  
buce et psaltes  
nie. et vultu  
ficioz. carentes  
dixam. aut  
to nabuchodonosor  
quis au no  
tante. ad  
massaris  
stat  
allora.





